

[Q]ui se et sua de futuro periculo voluerit precavere, maturo consilio et auxilio imminentibus ^{a)} adversitatibus strenue ^{b)} se opponat secundum doctrinam Katonis in sua Ethica dicentis ^{c)}: *Cum fueris felix* ¹⁾ et cetera. Si spolia et incendia per pacis emcionem evadere non debeamus, oportet nos ^{d)} alia resistencia evadere, videlicet forti adiutorio armati. Quapropter vestram reverenciam, dilectissime, exoramus, quatenus XL viros ad bella doctissimos in opidum Gotha transmittatis, qui invasiones hostiles a nobis expellere possint manu forti et qui villas nostras nostraque atria tanta fortitudine custodiant, ut omnia nostra sub pacis clipeo requiescant; ipsis eciam in pabulo et in aliis sumptualibus ^{e)} large volumus providere eis pro suis laboribus in sufficienti sollario volumus respondere.

VIII, IX, XIX

XI (19, fol. 42^v)

Landgraf Albrecht antwortet den Bürgern von Gotha: sie sollten Frieden mit seinem Sohn schließen, da er ihnen im Augenblicke nicht helfen könne.

1295 vor August.

[Q]ui de periculis ^{a)} sibi ^{b)} illatis ^{b)} a suis hostibus voluerit vindicare, ^{i, ii, xiv} caveat, ne in ultionem dampni ipse ^{c)} incurrat gravius detrimentum secundum doctrinam Aviani in quodam appologo dicentis ^{d)}: *Dum cupis illatum tibi met persolvere dampnum absque tuo dampno hocque* ^{e)} *caveto fore* ¹⁾. Si autem sumeremus talem de nostro filio ultionem, quod treugarum non sineremus persolvere paccionem, tunc agri omnium villarum manerent steriles et inculti, tunc tota terra irrecuperabiliter interiret. Unde admittimus, quod paccionem factam cum nostra licencia exsolvatis. Nos vero ad presens sue inclemencie resistere non valemus, tempus ultionis nobis nostrisque pauperibus exspectamus opportunum et tunc, qui nunc ^{f)} nostro in agro ^{f)} exultat ^{g)} gaudio triumphali ^{h)}, a nobis videbitis ipsum tanta violencia superatum, quod ipsum de terra ^{viii, xix, xx} cum magna verecundia effugere oportebit.

X. ^{a)} inmentibus ^{b)} strenue ^{c)} dicente ^{d)} ut ^{e)} sonst nicht belegt

¹⁾ Cato, Dist. I, 18.

XI. ^{a)} piculis ^{b)} sigillatis ^{c)} tempore ^{d)} dicente ^{e)} hoc quia, quia mit Kürzungsstrich ^{f—f)} so wohl statt in nobis in agro Hs. ^{g)} exultant ^{h)} triumphale

¹⁾ Av. XIII, 13—14; die Verse sind apokryph, finden sich aber als Abschluß der 13. Fabel in den meisten Hss., auch in aus Deutschland stammenden; vgl. L. Hervieux, Avianus et ses anciens imitateurs, Les fabulistes latins 3 (1894) 53, 81 ff.; zu dieser Fassung S. 88.